



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

328. Sabbato. de alijs decem attributis Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIO CCCXXVIII.

Sabbato Domin. 22. post Pentecost.

De alijs perfectionibus divinis.

V Ideo mente Deum supra me, non ut est oleum supra aquam, aut cœlum supra terram: sed ut ipse Superior, quia fecit me, & ego inferior, quia factus sum ab eo. Peccata ei uniri, sicut aër luci, & radij uniantur soli.

1. Nullum celum solem lædit: si anima mea in Deo fuerit, quis me lædet? **DEVS** est Custos. Sic curas unumquemque nostrum, velut solum cures, ait S. Augustin. L. 5. Conf. cap. 10 Custodi me, ut pupillam oculi.

2. **DEVS** est desiderabilis. Desideramus bona, quibus maxime indigemus, & quæ habere possumus. **DEVS** est Bonum: quia bonum habet omnem perfectionem necessariam, & insuper alijs convenit. **DEO** nihil deest, & ipse convenit cuique magis, quam quisque sibi. Hoc infinitum Bonum nobis promissum est, eo unice indigemus. *Quid queris extra illum, quid desideras præter illum, Ipse fecit omnia, Ipse habet omnia, Ipse est omnia. Vbi- cunque fueris sine Ipso, malè tibi erit: Vbi- cunque fueris cum Ipso, bene tibi erit, quis sapiens, & intelligit hæc?* Ait D. Bernard. serm. de Human. mil. Si Bonitas infinita omne

B B a deside.

Pentecost.

malorum

Resurr.

sæpe con-

r habent

ur ut me-

tra sitim,

nis volu-

eam de-

nifer, cui

non erit

mea, me-

est Con-

olatione,

homine

cipit, qui

quærit.

tempore

ur, ut ait

mundum,

iustitiam, id

a, ut ait

omo tota

sam dat

a homo

ubator

ne,

MEDI-

580 *Sabbato Domin. 22. post Pentecost.*
desiderium exhaurit, ergo nullum remane-
bit desiderium ad creaturas.

3. *Quis ita vigil, & diligens observator me-
tionum internarum suarum, sive in se, sive extra
se factarum, ut liquidis ad quaque illicita sensu
cordis sui discernat inter morbum mentis, & mor-
sum serpentis, ait S. Bernard. serm. 39. in Cant.
DEVS est Discretor spirituum. Da mihi Do-
mine Deus meus discretionem spirituum, ut
cum Filio tuo sine Te faciam nihil.*

4. *Avaritia multa possidere vult, tu possides
omnia, ait D. Augustinus Lib. 2. Conf. cap. 6.
Da mihi avarum esse Tui. Fidelis totum mun-
dum habet, cum DEVM habet, inquit idem
Libr. 5. Conf. cap. 4.*

5. *Incompossibilia sunt dominium & ty-
cannis. DEVS est Dominus, vitia sunt tyran-
nis. Malach cap. 1, ait Deus: Servus honorat
Dominum suum, si Dominus ego sum, ubi est
timor meus? Dicam cum S. August. Libr. de
Anima cap. 28. Vellem, ut nihil aliud agerem,
quam reddere me ei, cui maxime debeo.*

6. *Donum est non tantum, quod actu da-
tur, sed quod naturam suam apertum est dari. Pri-
mum in donis est amor: quidquid enim
sponte quis dat, ideo dat, quia amat. Deus
est Charitas, igitur est donum: Petam hoc
dolorum: quia famem patimur, non corporis, sed
amoris, ait D. Ambros. serm. in Pent.*

7. *Cuius*

Sabbato Domin. 22. post Pentecost. 581

7. Cuius sensui & operationi proprius inest gustus: jucundior operatio excludit minus jucundam, & quæ differunt, se invicem impediunt: Studiosi tiliarum oderunt Oratores: Non possunt vera vanis, summa imis, æterna caducis misceri: Qui oblectatur pulchrâ Musicâ, offenditur dissonâ: qui gaudet virtute, molestè fert vitium. *DEVS* est omnium potentiarum generalis *Dulcedo*: quia est causa omnis delectationis Beatorû. O unica dulcedo cordium Deus, fac me nauseare omnia præ te. *Sola una hujus mollius stilla potest, quod totus mundus non potest.* ait D. Bernard. serm. de Spiritu sancto.

8. Numerari culpa nequeunt, quæ habentia præstatis amore perpetrantur, ait Gregor. 24. Moral. cap. ult. *Deus est Excellentissimus* Totius cœli vastitas in pupilla oculi representatur, & omnis cœlitudo in Deo *Causa amanda* Deum, *Deus est, modus cum diligendi est diligere sine modo,* ait S. Bernard. de dil. g. Deo.

9. *Admanet omnis etas fieri posse, quod aliquando factum est,* inquit D. Cyprianus ad Donat. Sed factum est, ut caro nostra coelos subierit, possumus igitur & nos. *Objectum spei est possibilitas, motivum spei est fidelitas promittentis: Deus est Fidelis.* Nemo præsentia bona sperat. Non sumus Christiani, nisi propter futurum sæculum; In verbis cuius supersperavi.

182 *Dominica 23. post Pentecosten.*

10. *DEVS est finis ultimus omnium. Ex fine oritur intentio, attentio, devotio, fervor, omnisque actionis bonitas ex fine desumitur. Nemo melius operatur Deo, qui agit omnia propter se ipsum: omnia enim æstimat, ut sunt, infinito autem intervallo infra DEVM sunt omnia. Provocamur ab adversario, ut gratis Deum colamus, qui querens, quod obijciat, pro magno se putavit invenisse, quid dixit: Nunquid gratis iobcolit Deum, inquit D. Augustin. Homil. 38. ex 50.*

MEDITATIO CCCXXIX.

Dominica 23. post Pentecosten.

De alijs perfectionibus divinis

Iubemur Actor: 28. *Quærere Deum, genus cum finis Dei. Ideo Fida divinã duce peccati quærere, quem quærunt omnia, & mors cæcorum Deum per attributa quasi aere stare, in quo vivimus, movemur, & sumus.*

1. *Dicitur nescio quis de vertice montis clamasse, dum transiret Imperator: Non de te loquor: respexisse ille dicitur, & dixisse: Nec ego de te. Cõtempserat Imperatorem potentem exercitu, e loco munito. Si securus ille de illa terra, inquit S. August. in Pl. 70. Quomodo ego non in eo, à quo factum est cælum, & terra? Deus est firmamentum, ubi, nisi apud te firma securitas? ait Augustinus Lib. 2. Conf. cap. 6.*